

BENEDICTUS PP. XIV.



Morbio 27 (147)

Dilecte fili salus, et apostolica benedictio. Religiosus salus, vite ac morum honestas, alias laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus a piis nos fide dignis commendari testimoniis nos inducunt, ut de specialibus favoribus, et gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut nobis nuper exponere fecisti, Tu qui, (sicut asseris) in aliquo ex Sacri Ordinis constitutus existis, fervore devotionis accensus ad Sacrum Rituum Ordinem quanto citius promoveri summo opere desideras: eos te praesens meritum tuum intuitu specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, et Interdicti, aliisque Ecclesiarum sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab auctoritate qua vis occasione, vel causa factis a quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum primum tui consequendi eorum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicibus tuis nos super hoc summi porrectis inclinatis. Secum, ut, et quando brevedum menses tui Tibi de aetate ad id a sacro Concilio Tridentino requisiti defecerint, defectu legitime non obstante, si nullum aliud canonicum tibi obstat impedimentum, et dummodo tu ad id repensam idoneus, servatisque aliis servandis, ad dnum Sacrum Rituum Ordinem de Superiorem tuam licentia promoveri, et promotus in illo et in Altaris ministerio ministrare libere et licite valeas, auctoritate Apostolica tenore prout dispensamus. non obstant constitutionibus et Ordinibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Martini Majorem sub Annulo Piscatoris die xxix. Julii M. DCC. l. Pontificatus Nri Anno Undecimo.

Pro Dno Cardo Pastores
Joannes Stenius Secretarius



1751 29 luglio

Dilecto filio Josepho Aloisio à sancto
Bartholomaeo Ordinis Fratrum b. Ma-
riae de Monte Carmelo Excalcato-
rum nunc professori



Morbio 27 (147)

